





DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>R</sup>ALIS JURIDICA,  
<sup>DE</sup>  
**CLAUSULA**  
**CODICILLARI**  
**TESTAMENTO NUN-**  
**QVAM PROFICUA;**

CONSENSU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,  
IN CELEBRI GERANA,

PRÆSIDE  
**JOANNE PHILIPPO** *Breiser*/

PHIL. ET J. U. D.  
SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, INSTITUTIONUM IMPERIALIUM  
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, SENATORE, REGIMINIS, JU-  
DICIIQUE ELECTORALIS ADVOCATO, ET P. L. C.

PRO LICENTIA,  
SUMMOS, IN UTROQUE JURE, HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME  
CAPESSENDI,

DIE XIIX. SEPTEMBRIS, MDCCXVII.  
LOCO AC TEMPORE CONSVETIS,

PUBLICÆ DIS<sup>Q</sup>VISITIONI

SUBMITTET

**JUSTUS FRIDERICUS SIEBOLD,**  
FRANCOHUSANUS.

ERFORDIÆ, LITERIS JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. Typogr.



DISSEMINATIO IN MUNICIPALIS TURGIDA

CLAVSULIA  
COSMOGRAPHARIA  
TESTAMENTINUM NUN  
OAVM PREGIADA  
CARTA MUNICIPALIS TURGIDA  
IN CIRCAEANIA  
RERUM  
JONAS HILDEBRANDUS Sunt  
TURGIDA  
SUNNOCES LAUTOCES LIPSI HONORES  
TE BIBI HICIA DECORATI TERRITORE  
LODO VA TURMELB CO AELD  
PADDICIA DIAVOLIA  
LASTAS PRINDICIAS SIEPOES  
MARKOMANIA  
HORNIA TURGIDA

## PROLUSIO

Quemadmodum quodvis Testamentum est vel

1. Validum;
2. Invalidum; & hoc non subsistit vel
  1. Statim *ab initio*; quando scilicet ipso jure nul-lum est; & vocatur: INJUSTUM.
  2. Demum *ex postfacto*; quando ab initio subsi-stens postea infirmatur, & quidem vel
    1. Ipso jure; tumque aut fit
      1. RUPTUM, per
        1. Agnationem sui heredis posthumam.
        2. Posterius Testamentum.
      2. IRRITUM; & vel ex persona
        1. Testatoris; per mutationem Status.
        2. Heredis; quod in specie vocatur: DE-STITUTUM.
    2. Facto hominis; scilicet officio Judicis; in-stituta Querela INOFFICIOSI;

ita praesens Dissertatio sequenti superstructa est. Dilem-mati:

Si Clausula Codicillaris cuiuspiam Testamento proficua est;

Aut ea proficit Testamento Valido,

Aut invalido;

Sed proficit neutri;

Ergo Clausula Codicillaris nulli planè Testamento est

proficua.

A 2

Hujus

Hujus nimirum Conclusio, tanquam Thema  
Dissertationis Principale, jam discutienda venit; ejus-  
que eruemus

1. *Sensum:*

1. Explicando terminos; & quidem illius

1. *Subiectum:* dum considerabimus *Clausulam Codicilliarem* quoad

1. *Nomen;* scilicet *Etymologiam.*

2. *Rem;* in

1. *Definitione,*

2. *Exemplis, seu Formulis*

1. *Ineptis;*

2. *Aptis.*

2. *Predicatum;* declarando terminum

1. *Testamenti;*

2. *Profici;* quid scilicet h. 1. per illum intelligatur?

2. Formando Statum Controversiarum; indicando scilicet:  
Quis Conclusionis illius Sensus

1. *Sit?*

2. *Non sit?*

2. Veritatem; & hanc indagabimus tum

1. *Postinè;* demonstrando scilicet: Quod *Clausula Codicillaris proficia non sit Testamento*

1. *Valido;*

2. *Invalido;* dum docebitur: Quod illa, in quibusdam Testamentis invalidis,


1. Hunc tantummodo effectum & vim habeat, ut  
*Testamentum convertat in Codicillum, atque successio Testamentaria commutetur in Successionem ab intestato.*

2. Nullum planè effectum & vim habeat.

2. *Polemice;* antitheses explodendo.

Flt

33



Fit Dispositio testans  
neC CoDICI LLarl CLaVsVLâ Constans.

*Tb. I.*

**A**nsequam in Thematis nostri: CLAUSULA CODICILLARIS TESTAMENTO NUNQVAM EST PROFICUA; veritatem inquiramus; de sensu ejus primum erimus solicii; & hoc fiet tūm explicando terminos, quibus illud constat; tūm formando Statum controversyse. Termini sunt: *Subjectum & Predicatum* illius. Illud involvit terminum *Clausule Codicillaris*; hoc vero terminos: *Testamenti, & Proficui*.

§. 1. Clausula Codicillaris consideranda venit tūm quoad Nomen, tūm quoad Rem. Quoad nomen, ejusque Etymologiam, dicitur illa, *quatenus clausula*, à claudendo; eō: quod Testamentum quasi claudit, atque huic, conclusionis loco, adjicitur. *Quatenus vero Codicillaris*, illa denominatur à Codicillis; qui sunt ultima voluntas minus solennis, quā regulariter non instituitur heres, sed saltim legata & fideicomissa relinquuntur. §. 2. & ult. *Inst. de Codicillis*. l. 10. ff. & l. ult. §. 3. C. cod. atque isti iterum à Codice, seu Caudice, vom Stamm eines Baumes/ tanquam ejus diminutivum, eam ob causam,

causam, derivantur: quia caudex significabat contextum tabularum, (Bretter) quæ cerā illinebantur, & hoc modō ad scribendum aptabantur. vid. Oldendorp, *Class. s. de Testam. p. m.* 779. Codicilli enim pariter ex tabulis cera illitis fiebant, breviores Codicibus; unde finu gestari poterant. Testamenta vero tabulis grandioribus scribebantur. Gothsred. ad pr. *Inst. de Codicillis*, lit. a. conf. §. 12. *Inst. de Testam.* Et ex hōc fonte etiam denominationem suam sortitum est *Protocollo*, tanquam prima concinnatio & annotatio rei gestæ, seu originale primum, glutino, cerāve, illitum, das zu erst mit Wachs überkleistert wurde; παρτός, primus, & ράχη, gluten, quasi prima conglutinatio; cum in cerā (seu glutino) quæ per tabulas extensa erat, scriberetur. vid. Calvin. *Lexic. Jurid. hōc vocab.*

§. 2. Quoad Rem spectatur Clausula Codicillaris tūm in Definitione, tūm in Exemplis. Definitio est hæc: *Clausula Codicillaris est expressio enixa voluntatis Testatoris, in Testamento ideo facta, ut si illud non posse valere ut Testamentum, paleat ut Codicillus, vel alia quacunque ratione. l. 3 ff. de Testam. Milit. & l. 29. §. 1. ff. Qui Testam. fac. poss.* Exempla sunt ejus Formule tūm incepta, tūm apta.

§. 3. Ad inceptas referenda est illa Notariis consuetudo: Woferne dießes mein Testament, Ordnung und Geschäftste einiger Ursachen, oder Mängel halber / von Rechts wegen/ nicht als ein zierlicher letzter Willen gelten oder kräfftig seyn solte; so soll es doch als ein Testament nuncupativum, Codicilli, Fideicommissi, donatio mortis causa, vel inter vivos, oder eine andere Disposition, wie dieselbe zu Rechte am Kräftigsten und beständigsten geordnet und aufgerichtet werden kann oder mag/ gelten / und kräfftig seyn. vid. Richter. *Decis. 63. n. 2. & 3. conf. Ludovici Doctrina Pandectarum, b. 1. §. 5. & quidem 1) non solum propter tavilogias, quibus illa scatet, otiosas atque superfluas, diversis typis, seu literarum figuris, modo indicatas, & quasi segregatas, vid. Huber. in *Praelect. ad Institut. tit. de Codicilli. in fine. Stryk. in Dissert. de Clausul. Codicilli. n. 13.* Sed etiam 2) propter perperam, & nulliter, insertam illam declarationem: So soll es doch als eine Donatio mortis causa, vel inter*

*inter vivos, getten.* Quodocuidem tām ad donationem mortis causa, quam *inter vivos* (& ad hanc eo quoque casu, quo duo vel tres tantum testes dispositioni ultimae interfuerent) requiriatur, in iisque supponitur, *presentia & acceptatio Donatarii*, l. 55. ff. de O. & A. l. 38. ff. de m. c. donat. Carpz. L. 5. Resp. 62. Id. P. 2. C. 12. def. 20. & 21. quā in Testamento & Codicillis deficit, adeoque per codicillarem clausulam suppleri non potest. vid. Stryk. ad Lauterbach. tit. de jure Codicill. nota; *non valeat.* p. m. 782. Ludovici Doctrin. Pandect. d. t. S. 5.

S. 4. Ineptis, & ridiculis, formulis codicillaribus etiam illa Lucii Titii, ex l. 88. §. 17. ff. de leg. 2.

*Lucius Titius hoc meum Testamentum scripsi, sine ullo Jurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam: &, si minus aliquid legitimè, minusve perire fecero, pro jure legitimo haberi deberet hominis sani voluntas;* etenus accenserit potest, quatenus Lucius Titius in eā putavit: in conficiendis Testamentis posse aliquem potius animi sui rationem, quam diligentiam, a positivis legibus prescriptam, sequi; cum tamen nemo efficere possit: quin leges in suo Testamento locum habeant. l. 55. ff. de legat. i. ut proinde ipse met Lucius Titius, juxta verba finalia ejusdem §. 17. non obstante ejus protestatione, contra nimiam & miseram Jurisperitorum diligentiam, *pro intestato* habitus fuerit. Eatenus verò, quatenus idem Lucius Titius, per allegatam formulam, jussit, & voluit: *ut, si minus aliquid legitimè minusve perire facerit, pro jure legitimo haberi deberet hominis sani voluntas;* illa ipsa formula ex testamento codicillum parat, viam fideicommissa secum ducit, atque valida est. Siquidem eidem d. S. sequentia subjiciuntur: *Deinde heredes insluunt.* Quasiūm est, *intestati* ejus bonorum possessione petitā, *an portiones adscriptae ex causā fideicommissi peti possunt?* Respondi secundum ea, *qua proponerentur,* posse. Cujus decisionis rationes ha sunt: quia fideicommissa ab intestato deberi, l. 4. C. de Codicillis, &, quia Testatores jubere possunt: *ut valeat testamentum omni modo, quo melius*

ius valere poterit: & , si non valeat jure testamenti, valeat  
alio jure legitimo, scilicet Codicillorum. adde l. 76. in fin. ff. ad  
SC, Trebellian. vid. Gothofred. ad d. §. 17. lit. n. o. & p. atque  
confer Ludovici Doctrin. Pandect. d. t. & §. item Schœpfferi Syn-  
ops. Jur. privat. tit. de jure Codicillor. n. 12. p. m. 575.

§. 5. Aptæ, è contrario, formulæ Codicillares sunt hæ:  
Si hoc meum testamentum non poterit valere ut solenne Testamentum,  
volo: ut valeat tanquam Codicillus, vel alio quoconque modo. Conf.  
Huber, in Prelect. ad Insti. tit. de Codicill. in fine. Seu brevius:  
hoc Testamentum volo esse ratum, quicunque ratione poterit, ex l. 29.  
§. 1. ff. qui test. fac. poss. vid. Ludovici Doctrin. Pandect. d. t. & §.  
Seu: valeat, ut valere potest. Schambogen, ad §. final. Inst. de Co-  
dicill. p. m. 515. Seu: valeat omni meliori modo. d. l. 29. vid. Stryk.  
ad Lauterbach. tit. de Jure Codicill. not. final. p. m. 783. & Schœpff.  
Synops. Juris privat. d. tit. & n. ubi hanc, optimam & bre-  
visimam Clausulæ Codicillaris formulam esse, dicunt. Adde  
Berger. Oeconomiam Jur. Lib. 2. Tit. 4. §. 36. num. 2. p. m. 442.  
Neque quicquam interest: five Clausula Codicillaris conce-  
pta sit per verba præsentis, v. gr. si non valer Jure Testamenti, va-  
leat Jure Codicillorum: five per verba futuri temporis: si non va-  
lebit Jure Testamenti, valebit Jure Codicillorum. Ant. Theſ. qu.  
121. num. 3. Fr. Mantic. de Conject. ult. volunt. L. 1. art. 10. num. 31.  
Struv. S. J. C. Exercit. 34. theſ. 63. Eadem igitur Germanicè aptius  
hunc in modum potest exprimi: Daſerne dieses mein Testa-  
ment nicht als ein zierliches Testament, gelten möchte, so will ich  
doch: daß es / als ein Fideicommiss, oder auf andere zu Rechte  
beständigste Form und Weise/ gelten solle. vid. Marta de Clau-  
ſulis, Claus. 88. num. 6. Carpzov. Decis. 155. P. 2. num. 5. Brun-  
nemann. ad L. 1. ff. de Jur. Codicill. n. 6.

§. 6. Declarato jam Thematis nostri Subjecto, nimirum  
termino Clausule Codicillaris, dilucidandum jam venit ejus-  
dem Predicatum, nimirum spectantes ad illud posteriores termi-  
ni: Testamentum, &c: Proficuum esse.

§. 7.

§. 7. Testamentum, accuratè definitum, est dispositio ultima, heredis institutionem directam continens. Quæ enim in l. 1. ff. qui testam. facer. poss. à Jcto Modestino proponitur, definitio Testamenti, communiter recepta: *Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri vult; destituta est differentiæ specificâ, quâ idem à Codicillis distinguitur.* De Codicillis quippe pariter dici potest: quòd sint justa, seu juribus & LLbus conformis, ultima voluntas. arg. pr. *Inst. de nupt.* De his verò dici nequit: quòd sint voluntas ultima, directam heredis institutionem continens; cum in iisdem obliqua saltim, per fideicommissum scilicet facta, heredis institutio, procedat. vid. §. 2. *Inst. de Codicill. & l. ult.* §. 3. *C. eod.* Quandoquidem directa heredis institutio est illa, quâ quis directò & immediate aliquid accipit ex Testamento, dum, in hòc, ab ipso Testatore, eidem aliquid relinquitur; ut: si Testator in Testamento dicat: *Sempronius heres meus esto. Obliqua, è contrario, heredis institutio, est illa, quâ quis indirectè, oblique & mediata, aliquid accipit ab aliquo, ex ultimâ dispositione, mediante scilicet manu heredis directi, seu fiduciarii;* ut: si, coram V. testibus, heredibus ab intestato, aut etiam in præcedente Testamento scriptis, à Codicillante imponatur: ut hereditatem tertio restituant; v. g. h. m. *Titini, heres meus Testamentarius, restitutus hereditatem fratri meo peregrinabenti, si hic factus fuerit redux.* Et hòc in casu obliqua heredis institutio facta est in Codicillis cum præcedente Testamento concurrentibus. Caterunt nec in eo residet specifica diffrenzia Codicillorum à Testamento: quòd illi sint ultima voluntas minus solennis; Cum etiam dentur Testamenta minus solennia, seu talia, quæ sunt ultima voluntates minus solenes. Et hanc ob causam, in propostâ Testamenti definitio, generis loco, absolute possumus ultimam dispositiōnem.

§. 8. Restat paraphrasis termini: *proficuum esse; per quem h. l. nihil aliud indigitamus, quam: habere vim: aliquid conservandi, seu sustinendi; vel: uile esse ad alium rei conservatiōnem:*

B

nem:

nem : ut ideo : *Testamento nunquam proficuum esse*, nobis idem sit,  
ac : *nullo casu Testamento utile esse*, illudve conservare posse.

§. 9. Ex præmissâ terminorum Thematis nostri declaracione facilius jam possumus Statum Controversia formare, seu indicare : quia genuinus *Inscriptionis* *bujus Dissertationis* sensus sit ? Et quis non sit i<sup>r</sup> Nimirum Thema nostrum, intuitu Testamenti, indistinctè accipiendum est sub restrictione Reduplicative, hoc modo : *Clausula Codicillaris Testamento*, quatenus tali, seu quatenus *Testamento*, nunquam est proficia ; non verò indistinctè sub restrictione Specificativa, hoc modo : *Clausula Codicillaris Testamento*, quatenus generaliter spectatur, ut ultima aliqua Dispositio, seu Voluntas, nunquam est proficia ; seu : *Clausula Codicillaris* illi Dispositioni ultime, ( que animo quidem testandi facta , nullitate tamen aliquā laborat, & per adjectam *Clausulam Codicillarem*, in Codicillis ita mutata est, ut jam, tantquam aliquā, & alia, ultima Dispositio, valeat, ) nunquam est proficia. Quod enim quædam ex Testamentis, nullitate aliquā laborantibus, vi *Clausula Codicillaris*, licet non ut Testamenta, sed ut ultima quædam Voluntates, seu ut Codicilli, subsistant, ex infra dicidis patebit. Interim tamen de *Testamento per se jam valido*, firmiter & absolutè verum est : quod ei , neque quatenus est *Testamentum*, neque quatenus est ultima aliqua Dispositio, ad conservationem suam , proficia fit *Clausula Codicillaris*; prout pariter ex sequentibus elucescat.

### Th. II.

Hactenus circa eruendum Thematis nostri *Sensum* occupati fuimus; jani in manifestandam ejusdem *Veritatem* curas intendemus. Hanc verò consequabimur tum *positivè*, seu per positiones & demonstrationes ; tum *polemicè*, per elisionem & dilutionem Objectionum. Positive procedentes, probabimus : Quod *Clausula Codicillaris* neque *valido*, neque *invalido*

valido Testamento, ad conservandam hujus Substan-  
tiam, proficiat. Sit ergo prima positio : CLAU-  
SULA CODICILLARIS PROFICUA NON EST  
TESTAMENTO VALIDO.

S. i. Etenim (a) Testamentum validum jamjam per se, &  
propria vi, subsistit, ut ita vi & assistentiâ Clausula Codicil-  
laris non indigeat. arg. l. 29 §. i. ff. qui Testam. fac. poss. & l. fin.  
pr. & §. i. C. de Codicillis. (b) Clausula Codicillaris Testamen-  
to valido adiecta, tanquam signum Codicillorum, in Even-  
tum fætorum, sifit eventuales Codicillos Testamentarios; qui scili-  
cet fiunt & subsistunt cum Testamento, l. 10. 14. & 18. ff. de Jure  
Codicilli. Jam autem Codicilli Testamentarii vires suas capi-  
unt è Testamento valido, ab eoque dependent; l. 3. §. ult.  
& l. 16. ff. eod, ideoque Testamentum validum vires non ac-  
cipit à Codicillis Testamentariis, nec ab his, &, per conse-  
quens, nec à Clausula Codicillari eidem adiectâ, dependet.  
arg. dd. text. præsertim, cum (c) in Jure pro absurdo habe-  
atur : *Testamentum validum confirmari per Codicilos*, eorum-  
que signum : Clausulam Codicillare. d. l. 10. ff. de Jure Co-  
dicillor. ibi; ne per Codicilos, qui ex Testamento valerent, ipsum Te-  
stamentum, quod vires per institutionem heredum accipit, confirmari  
videtur. Atque hanc ipsam legem, ibique expressum in-  
congruum, propriè ad Testamentum per se validum specta-  
re, Brunnemannus, in eandem commentans, n. i. sequen-  
tibus innuit verbis: Non potest confirmari Testamentum per Codicilos,  
nec hereditas dari potest in Codicillus. Sed illud accipiendum  
de Testamento valido, & de iis, que in ipso continentur. Quan-  
do autem Testamentum est nullum & inutile, tunc id, quod dispo-  
situm est in Testamento, potest in Codicillo confirmari, non quidem  
eò modò, quô in Testamento dispositum est, scilicet: ut valeat Ju-  
re direitto, quia in Codicillis non datur, nec admittitur, hereditas,  
sed, ut ea reliqua debantur Jure fideicommissi. Aug. Berous. Vol.  
2. Conf. 2. num. 29. Imò (d) ipsi sanæ rationi ista sententia:  
quod Testamentum validum sustineri possit à Codicillis, eo-  
rumque

rumque signo : Clausula Codicillari, absconsa videtur, & quidem ex hisce rationis Principiis :

1) *Nihil potest esse causa sua causa;* & sic Codicilli, ex Testamento valentes, non possunt esse causa suæ causæ, scil. Testamenti per se validi.

2) *Confirmatum est confirmante minus,* & confirmans confirmato majus. Si ergo Testamentum per se validum confirmaretur per Codicillos Testamentarios, eorumque signum : Clausulam Codicillarem, sanè illud foret minus quid, quam hæc ; & hæc forent majus quid, quam illud ; cum tamen absurdum sit: Codicillos Testamentarios, eorumque signum: Clausulam Codicillarem , majus quid esse, quam ipsum Testamentum.

3) *Nulla accessio suum Principale confirmat;* quod tamen fieret, si Codicillus Testamentarius, seu ex Testamento valens , & Clausula Codicillaris, confirmarent Testamentum per se validum. vid. Gothofred. ad d.l. 10. ff. de Jur. Codicillor. li. i.

Inde etiam est: (e) quod in Codicillis Testamentariis, Testamentove confirmatis, requisita Codicilli non necessario adhiberi debeant; siquidem: quod ejusmodi Codicillis, ut-pote ex Testamento valentibus, relictum est, perinde habetur, ac si Testamento ipso relictum esset. l. 2. §. 2. ff. de Jure Codicillor. ut proinde, ad horum relictorum vim, Testamenti solennitas sufficere debeat. arg. l. Aſſe. 77. ff. de heredib. inf. l. 10. ff. de condit. infit, ita Vinnius ad §. fin. Inf. de Codicill. n. 2. &c. ex eo, Schambogen, ad eundem §. p. m. 514. Jam autem Clausula Codicillaris in Testamento valido indicat Codicillos Testamentarios, eventualiter factos; ideoque, ad vim inibi relictorum, sola Testamenti solennitas sufficit, ut ita Testamentum validum per Clausulam Codicillarem non conservetur. arg. dd. text.

Accedit: (f) quod, eō casu, quō Testamentum per se subsistit, tota hereditas (ohne Abzug) devolvatur ad heredes in illo Testamento scriptos; eō vero casu, quō Testamentum, tantum vi Clausula Codicillaris, tanquam Codicillus, subsistit, heredi-

heredibus in Testamento scriptis *Trebellianica* deducatur ab heredibus ab intestato, utpote qui rogati censemuntur: ut heredibus scriptis, deductâ illâ quartâ, hereditatem restituant. t. t. & in specie l. 76. ff. ad SC. Trebel. Si ergo Testamento per se valido Clausula Codicillaris proficeret, seu: si hæc in illo effectum haberet, certè ex eòdem non integra hereditas, seu As., sed tantummodo dodrans, deberetur; quòd iterum inconveniens. vid. Hopp. ad §. 1. Inst. de Codicill. p. m. 510. & Berger. *Oeconomia Juris*, Lib. II. T. 4. §. 36. nor. 3. p. m. 444.

Uno verbo: (g) si Clausula Codicillaris proficeret Testamento per se valido, eadem etiam induceret Successionem directam, utpote effectum Testamento proprium, & ita *Jus Testamentorum & Codicillorum confundere*, contra §. 2. Inst. de Codicillis; cum tamen in Codicillis directo neque dari, neque adimi possit hereditas, licet Testamento confirmati sint. l. 2. C. de Codicill. & d. l. 76. ff. ad SC. Trebellian. vid. Schambogen, ad §. 2. Inst. de Codicill. p. m. 513.

§. 2. Hinc, in abusum istum Clausulæ Codicillaris, ex quô eadem indistinctè omnibus Testamentis, etiam validissimis, apponi convevit, sequentem in modum invehitur Oldendorp. Cl. 5. act. Prooem. fol. 760. Codicillis hodie magis utimur, quam Testamentis: imò confundimus planè usum Codicillorum & Testamenti, absq; ullâ necessitate, preterea Clausula: si non valeat Jure Testamenti, valeat Jure Codicillorum, ex l. 1. ff. de Jur. Codicill. Quod utique contra mentem Juris fit, pessimo errore: nec scilicet enim defervire debet illa Clausula, non temeritati: nec sunt confundenda bujusmodi formulae, ut est apertus textus in §. Codicillis. 2. Inst. de Codicill. Sed quid non corripit, aut quô non est abusa superioris secuti signavia? vid. Wehneri Observat. Pract. in Supplement. voc. *Clausula Codicillaris*.

§. 3. Vigore haec tenus deductorum, non dubitamus: primam illam nostram Positionem, in superiore Th. II. expressam, eò extendere & ampliare, ut dicamus: quòd, sicut Clausula Codicillaris non proficit Testamento per se valido, quatenus illud est *Testamentum*; ita eadem etiam non conduceat ad

conservationem Testamenti validi, quatenus id ipsum est ultima aliqua dispositio; seu: quatenus est eventualis Codicillus; quoniam: (1) si Testamentum per se valet, valet idem jamjam, tam ut Testamentum, quam, ut ultima aliqua dispositio, seu: ut eventualis Codicillus; cum illud ipsum pluribus jam polleat solennitatibus, quam: quot ad Codicillum requiruntur; atq; sic magis valeat, quam Codicillus; & (2) quia Clausula Codicillaris non ad Codicillum, quatenus talem, sed ad Testamentum, ut scilicet hoc eventualiter subsistat tanquam Codicillus, spectat. Præterea (3) Codicillus, quatenus talis, quando suis gaudet requisitis, pariter per se valet, sine Codicilliari Clausula, ad eum non spectante. Quando autem iis substitutus est, plane nullum effectum habet, licet Codicillaris Clausula ei inepte apponatur. l. uit. §. fin. C. de Codicill. Quod autem Codicillo, quatenus tali, Clausula Codicillaris inepte applicetur, inde patet: quia ita dicendum foret: Quod si meus Codicillus non valeat tanquam Codicillus, valeat ut Codicillus &c. id quod apposite, &c, citra contradictionem, dici nequit. Firmum ergo manet: quod valido Testamento, nec sub eâ consideratione, quatenus est ultima dispositio, seu eventualis Codicillus, Clausula Codicillaris proficit.

### Th. III.

Et hinc suscipienda nunc est probatio secundæ, scilicet sequentis, Positionis: CLAUSULA CODICILLARIS PROFICUA NON EST TESTAMENTO INVALIDO.

§. 1. Modo dicta enim Clausula, in quibundam Testamentis invalidis, hunc tantummodo effectum, & vim, habet: ut Testamentum transformet in Codicillum; quâ ratione illud definit esse Testamentum, Successioque Testamentaria degenerat in fideicommissariam ab intestato. In quibusdam verò Testamentis invalidis eadem plane nullum habet effectum.

§. 2.

§. 2. Illa Testamenta invalida, in quibus s̄epe memorata Clausula effectum & vim habet: Testamentum in Codicilium convertendi, sunt:

I) TESTAMENTUM INJUSTUM, seu NULLUM; quod scilicet ab initio, ipso jure, non subsistit, ob defectum formæ, & quidem vel interne, putâ heredis institutionis, (& alias in specie dicitur nullum, vid. Jo. Sam. Stryk. scil. Jun. ad pr. Inst. Quib. mod. Testam. infirm. not. a: Jure factum.) vel externe, i.e. solennitatum; (atque alias in specie dicitur injustum; vid. Stryk. Jun. d. l. & Stryk. Sen. ad Lauerbach. Tit. de injus. rupt. irrit. fact. Testam. p. m. 747. nota: Nullum) Nimirum: ejusmodi Testamento invalido adjecta Clausula Codicillaris efficit: ut illud sustineatur tanquam Codicillus, seu Jure Codicilli, five fideicommissi ab intestato; Quandoquidem, illius vigore, heredes ab intestato venientes, vel in priori Testamento instituti, rogati censentur: ut hereditatem, ceteraque relicta, salvâ portione fiduciario alias debitâ, seu: Quartâ Trebellianicâ, salvâque Falcidiâ, (vid. Casum sub (a) §. seq. 3.) restituant ei, qui in Testamento ejusmodi Clausulâ communito, heres est institutus, aut, cui aliud quid relictum est; §. 7. Inst. de fideicom. hereditat. & ad SCt. Trebellian. l. 3. ff. de Testam. milit. l. 41.

§. 3. ff. de vulgar. & pupillar. subst. vid. Hopp. ad §. 1. Inst. de Codicill. p. m. 510. Berger. Oeconom. Jur. L. 2. T. 4. §. 36. p. 443.

§. 3. Speciatim autem pluries nominata illa Clausula in Codicillum mutat:

a) Illud Testamentum Nullum, in quo heredis Institutio plane omissa, & solummodo legata relicta sunt, contra §. 34. Inst. de legat. l. fin. ff. de Jure Codicill. l. 3. ff. de his, que in Testam. delent. Tali enim casu, mediante ipsâ, heredes ab intestato rogati censentur: legatariis, donata in eo, salvâ Falcidiâ, praefare, &, uno verbo, Testatoris voluntatem adimplere; vid. d. l. 41. §. 3. ff. de vulgar. & pupillar. subst. ibique Gothofred. lit. k. & l. l. 15. §. 1. & l. 16. pr. ff. ad L. Falcid. adde L. 2. C. de Codicill. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. & confer Struv. Exerc. 34, ib. 65. Stryk. ad Lauerbach. Tit. qui Testam. fac. possunt, p. m. 738. not. Heredis Institutio.

b)

b) Illud, in quo *Institutio heredis ad tempus*, & ita nulliter, facta est; e. g. si Testator dixerit: *Titius heres meus ego per triennium*; vid. §. 9. *Inst. de hered. inst.* Hoc nimurum casu heredes ab intestato pariter rogati censentur: retentâ Trebellianicâ, reliquam hereditatem scripto heredi restituere. l. 77. ff. de heredib. inst. vid. Hopp. ad. d. §. 9. *Inst. p. m. 403.* nos. pro supervacuo. limitat. 2. confer. Ludovici *Diction. Pandect.* Tit. de Jure *Codicill.* §. 6. p. m. 528. & Tit. de Condition. *Instit.* §. X. p. m. 513. addit. Schöpffer. *Synops. Jur. priv. Rom. Tit. de Jure Codicill. p. m. 576. n. 27.* Tale itaque Testamentum, quod temporis Expressionem, convertitur in *Codicillum*. Turret. de *Claus.* *Codicill. qu. 113. effect. 72.* Cum aliâs, eo casu, quod hereditis *Institutio ad diem quidem certumve tempus*, sed absque *Clausula Codicilliari* facta, eadem, detractâ temporis mentione, proprie factâ censeatur, & ita scriptus heres indelibatam, integrumque hereditatem, capiat. d. §. 9. *Inst. de hered. inst.* & l. 88. ff. cod. ne scilicet Testator, respectu Temporis, pro parte testatus, & pro parte intestatus, decebat, contra §. 5. *Inst. d. 2.* & l. 7 ff. de R. J.

c) Itud, quod, ob *præteritionem* liberorum, atque parentum, horumque omnium illegitimam, injustamve, exhereditationem, est nullum, vid. l. 13. ff. de *inoffic. Testam.* & *Novell. 115.* c. 3. fin. & cap. 4. princ. prateriti enim & exhereditati in eo heredes legitimi: Descendentes & Ascendentes, per candem Clausulam pariter rogati putantur: ut hereditatem, ceteraque relieta, deductâ seu accepta portione legitimâ, scripto heredi, legatariove, restituant l. 29. ff. qui *Testam. fac. poss. d. l. 76. ff. ad SC. Trebellian. arg. l. 24. §. 11. ff. de fideicommiss. liberi. vid. Struv. Exerc. 34. tb. 65.* Idem in *Juri pr. Rom. Germ. Lib. 2. tit. 28. aphor. 4. Brunnem. ad l. 1. ff. de Jur. Cod. n. 5.* Zof. ad ff. tit. de *Jur. Codic. n. 9.* Schöpffer. d. l. p. m. 575. & 576. n. 21. & 22. Ludovici, d. l. p. m. 528. §. 6. Hopp. ad §. 1. *Inst. de Codicill. p. m. 510. post med. Carpz. Lib. 6. Resp. 7. n. 7. & Resp. 13.* Id. 2. decif. 15. Qui tamen à se ipso dissentit P. 3. Conf. 9. def. 12. n. 4. Hinc Berger. in cit. *Oeconomia Juris ad usum hodiernum accommodata.* Lib. 2. Tit. 4. §. 36. p. 443. Not. 1. ita differit:

„Ex

„Ex quo consequitur 1) adiecta Clausula Codicillari, Testamen-  
tum, idque etiam ob præteritionem liberorum, aut Parentum,  
nullum, in vim fideicommissi suscipi; Quod facit l. 76. ad SCt. Tre-  
bell. atque ea est communis sententia, quam sequuntur Struv. Ex. 34.  
th. 65. Stryk. de Successi. ab intest. Dissert. 1. c. 1. n. 22. alio-  
que apud Esbach. ad Carpzov. 3. 9. 12. & Decis. 155. quamvis Carp-  
zovinus eam, priore loco, n. 4. falsam dicat. Carpzovio (a se  
ipso d. l. dissentienti) assentuntur Facultates, cum Lipsiensis,  
ut observavi, in causa Annen Dschauin / contra Catharinem  
Dschauin / eaque coram iudicio Libervolkvizensti agitata, ex  
Responso, M. Nov. 1710. dato; tum Viadrina, teste Brunnemannio,  
ad l. 13. de Inoff. testam. n. 5. contraria ea, Scabini Lipsenses, di-  
missis Majorum vestigiis, que apud Carpzovium extant, communem  
Sententiam, in eadem causa, amplexi sunt, M. Mayo, 1710. quibus F.  
, V. assensit M. Mart. 1711. &c.

d) Illud, quod, ob defectum forme externe, scilicet so-  
lennitatum, est nullum; v. g. illud, in quo mulier, ut testis, ad-  
hibita; Carpz. P. 3. C. 1. def. 30. Eckolt. ad ff. Tit. de Jure Codicilli.  
§. 9. vel in quo quinque tantum testes adhibiti, aut plures qui-  
dem, sed non rogati; aut omnes septem alii continuo non in-  
tersuerunt, vel alia solennitas in Testamentis requisita, omissa  
fuit. Nam & hoc casu, vi Clausula codicillaris adiecta, si  
modo debita Codicillorum requisita abhibita fuerint, va-  
let Testamentum, ut Codicillus, seu: in vim Fideicommissi,  
& heres ab intestato succedens rogatus censetur: ut impleat vo-  
luntatem defuncti, detracta portione Fiduciario debita. arg.  
l. 14. & l. 29. Cod. de Fideicommissi Carpz. L. b. 6. R. sp. 113. Struv.  
S. I. C. Exerc. 34. th. 65. Id. Jurispr. L. 2. tit. 28. apor. 3. Hopp.  
ad §. 1. Inf. de Codicill p. m. 510. post mod. Schäppfer. Synops. Jur.  
Privat. Tit. de Jure Codicill p. m. 515. n. 17 18. & 19.

§. 4. Porro Clausula Codicillaris in Codicillum demutat  
II) TESTAMENTUM RUPTUM, sive illud, quod ab ini-  
tio quidem subsistit, ex postfacto tamen ipsojure infirmatur,  
& vel per agnationem sui heredis possumi, vel per posterius Testa-  
mentum

mentum perfectum, §. 1. & 2. Inst. Quib. mod. Testam. infirm. l. 27.  
*C. de Testam.* Quantum ad Rupum per nativitatem postbumi, non  
instituti heredis, Doctores quidem communiter fere statuant:  
a) Quod illud à Clausula Codicillari non aliter accipiat vim  
Codicilli, seu Fideicommissi, quām: si Testator, tempore con-  
diti Testamenti, sciverit: se habere, vel habiturum esse, filium; tum-  
que Testator censeatur hac Clausula posthumum non insi-  
tutum rogasse: ut, si nascatur, & Testamentum rumpat,  
ad eoque ab intestato heres existat, hereditatem (*salva ta-  
men legitima*) restituat ex fideicommissio: Item legata, tan-  
quam fideicomissa peculiaria, præstet. arg. l. 24. §. 1. ff. si  
quis omissa causa Testam. l.f. §. 1. C. de Codicill. & arg. l. 24. §. 11.  
ff. de fideicommissi libert. ubi dicitur: *Ex Testamento, quod agnatio-  
ne postbumo rupum esse constitit, neque directas libertates competere,*  
*neque fideicommissarias deberi, si quas non a legitimis quoque he-  
redibus paterfamilias reliquerit, satis constat;* ex qua lege in-  
ferunt: quod, quia per Clausulam Codicillarem aliquis censem-  
tur à legitimis quoque heredibus aliquid reliquisse; l. 29. §. 1.  
ff. qui Testam. fac. pos. etiam fideicommissariz libertates, si à  
legitimis heredibus, mediante illa Clausula, in Testamento, per na-  
tivitatem posthumum, aut posthumaz, rupte, reliste fuerint, ex  
eodem competent, & ita hac ipsa, in tali Testamento,  
vim fideicommissi operetur. vid. Schambogen, ad §.  
fin. Inst. de Codicilli p.m §15. post med. Quodque propterea a) & è  
contrario, si Testator ignoraverit: uxorem esse prægnantem, totum  
Testamentum corruat, arg. l. 11. 16. & 19. ff. de Jure Codicill.  
l. 28. & 29. pr. ff. de legat. 2. cūm ad incogitata, pater, per hanc  
Clausulam, respicere voluisse, non præsumatur; quin potius,  
ob urgentem præsumptionem pietatis, & affectionis paternæ,  
erga filium, non censeatur extraneum voluisse instituere he-  
redem, vel ei fideicommissum relinquere. Si scivisset: se ha-  
biturum filium; Bart. in l. 8. ff. de Jure Codicill. Fab. Turret.  
Tr. de Effect. Clausul. Codicill. qu. 63. & seq. Card. Tusch. lit. C.  
Pratt. Concl. 292. n. 33. Brunnum, ad Authent. ex causâ, C. de  
lib. prater. n. 5. Carpzov. P. 3. const. 9. def. 5. Gail. L. 2. obser. 114.  
n. 13.

n. 17. Et quod etiam *v*) non referat: *an Testator supervixerit, & tantum temporis habuerit, ut Testamentum mutare potuerit? an mortuus sit ante posthumum naturalem? sed, utroque casu, in totum corrut Testamentum, etiam quoad legata & fideicomissa.* Gail. d. 4. n. 13. Jo. Köppen. L. I. Ob. 114. n. 14. Jo. Strauch. Exerc. Justin. 9. thef. 33. Struv. S. I. C. Exerc. 34. ab. 65. Schöpfer. Synops. Jur. Priv. d. t p. m. 576. n. 23. 24. et 25. Ludovici Doctrin. Pandect. d. t. §. 7. p. m. 528. Nihilominustamen S. V. non dubitavit: Cornelio, zu Eulenburg/M. Febr. 1711. respondere: Quod Clausula Codicillari pariter illud Testamentum (tanquam Codicillus) sustineatur, in quo posthumus etiam ab ignorante Patre, præteritus est; referente id ipsum Bergero, in Oeconomia Jur. Lib. 2. Tit. 4. §. 36. p. m. 443. circ. fin. Et fortassis ex hac ratione: Quia: sicut præsumptio majoris affectionis erga filium jam natum, quam erga extraneum, per Clausulam Codicillarem excluditur eo casu, quo præteritus, aut injuste exheredatus filius jam natu, vi illius clausulæ (secundum ea, quæ sub lit. (c) preced. §. 3. diximus, & allegavimus) rogatus censetur, ut hereditatem, ceteraque reliqua, deducat portione legitimâ, scripto heredi restituat; ita eadem præsumptio multò magis excludituro eo casu, quo præteritus & non institutus est filius nondum natu, seu posthumus, ejusque loco, extra-neus, aut alias legitimus heres, in Testamento nominatus est. Cum amor erga nondum natos liberos non sit tantus, quantum erga jam in lucem editos; ideoque potius præsumendum sit: quod Testator nondum natos Clausulâ Codicillari magis obligare vulerit, quam natos.

§. 5. Quantum, deinde, ad Ruptum, per posterius aliquod, Testamentum; de eo monendum est: Quod Clauula Codicillaris ipsi, tanquam priori Testamento, adjecta, fideicommissum tunc demum operetur, idemque Testamentum prius in Codicillum convertat: Si Testator in posteriori Testamento perfecto exp̄ssè dixerit: quod, prius valere, velit; Sic enim posterius directo, prius autem fideicommissi, jure, subsistit, tanquam pars posterioris Testamenti; i. e. heredes in secundo, seu

posteriori Testamento, scripti, rogati censentur: ut, retentâ quartâ, hereditatem restituant institutis in Testamento priori, vi Clauses Codicillaris, huic adiecta; per §. 3. Inst. Quib. mod. testam. infirmant. & l. 12. §. 1. ff. de injust. rupt. & irrit. Richter. Decis. 49. num. fin. Menoch. Conf. 817. n. 17. 18. 19. Regnarus Sixtinus, Conf. 21. Vol. 2. n. 32. Acad. Marpurg. Carpzov. P. 3. C. 3. def. 40. Brunemann. adl. 18. ff. de leg. 3. n. 2. Stryk. Tr. de S. A. I. Dissert. 9. cap. 4. tb. 34. & 35. Hopp. ad §. 3. Inst. Quib. mod. Testam. infirm. p. m. 425. nota: ut valeat prius Testamentum.

§. 6. Eadem Clauses Codicillaris III) TESTAMENTUM DESTITUTUM, seu illud, ex quô heres scriptus non adiit hereditatem, aut eô, quod non valuit, aut, quod non voluit; §. 8. Inst. de hered. ab intest. l. 1. ff. de injust. rupt. & irrit. Testamento. l. 9. §. 2. ff. de liber. & posthum. in Codicillum convertit eate-nus, eoque respectu, ut fideicommissarius adhuc ab heredibus ab intestato, tanquam per dictam Clauses: (quod ipsi hereditatem fideicommissariam restituant) rogatis, fideicommissum petere queat. E. g. Titius ita scripsit in Testamento suo: *Cajus meus heres esto, & rogo eum, ut hereditatem restituat Mevio*; postmodumque Clauses Codicillarem subnecet. Cajus repudiat hereditatem, quo ipso Testamentum fit Deser-tum, & res redigitur ad statum intestati; Qu. An Mevius, fideicommissarius, fideicommissum petere posuit ab heredibus ab intestato? & Resp. Affirm. vid. Gail. 2. O. 134. n. 3. Meier. Coll. Arg. Tit. de Jur. Cod. tb. 20. in fin. Carpz. Dec. 155. n. 1. ibique præjudic. Schepff. Synops. Jur. Priv. d. t. p. m. 576. n. 26. Ludovici Doctrin. Pandect. d. t. §. 7. p. m. 528.

§. 7. Quod tandem concernit IV) TESTAMENTUM IN-OFFICIOSUM, seu illud, in quo, contra pietatis officium, exclusi sunt illi, quibus legitima debetur; pr. & §. 1. Inst. de In-offic. Testam. cum hodiè, post Novell. 115. c. 3. Testamentum, eô casu, quô liberi parentesve in eo sunt præteriti, aut non rite ex-heredati, aut, uno verbo, quô illud non secundum formam, institu-

institutioni aut exheredationi in d. Novel. præscriptam, est conditum, non amplius sit *Inofficium*, sed ipso jure nullum, & inde Querela, non *inofficio*, sed *Nullitatis*, detur; L. non dabium, s. C. de LE, Finckelthaus, Obf. 29. pr. Schüller. Exerc. 38. ad ff. §. 52. Richter. Decis. 45. num. 43. Hahn. ad *Weisenbecker*. iii. de *Inoff.* Testam. n. 7. Swendendorffer. ad *Eckolt.* ad ff. d. t. §. 3. in *fin* Hopp. ad §. 5. Inst. de *Exhered.* liberor. p. m. 389. fin. 390. init. Id. ad §. 7. Inst. d. t. notā: necesse non habent. p. 395. fin. & ad pr. Inst. de *Inoff.* Testam. p. m. 430. Ideò etiam illos casus, quibus liberi vel parentes sunt præteriti, aut injustè exhereditati, ad Testamentum ipso jure nullum, & non ad *Inofficium*, retulimus, aut referre potuimus; Lectorem, hoc in passu, ad §. 2. lit. (c) *Theses bujus III.* remittentes, & paucis monentes: *Quod Struvius S. I. C. Exerc. X. tb. 36. terminum Inofficii, ex mente & usu Juris Veteris accipiat, quando de Testamento, ex capite injusta præteritionis & exclusionis, Nullo, ita scribit: Præterea 2) non habetur pro Inofficio Testamento, cui Clausula Codicillaris adjecta: vi namque illius Clausula non succeditur ex Testamento, adeoque nec, cō hereditate, quis excluditur: Sed e. g. filius est heres ab intestato, & censetur rogatus: ista ultimā voluntate nominata, tanquam fideicommissario, hereditatem, detrahit tamen sibi debitā portione, - restituere; uti sentiunt Dd. comm. &c. Quandoquidem autem, juxta eandem Nov. 115. c. 3. adhuc hodie duo supersunt casus, quibus Testamentum est *inofficium*, & quibus Querela *inofficio* locutus; nimirum 1) quando ritè quidem, seu legitimè, à Parentibus, aut liberis, facta est Exhereditatio, sed causa probari nequit ab herede scripto; Et 2) quando, preterito Fratre vel Sorore, turpis persona in Testamento heres est instituta; L. 27. C. de *Inoff.* Test. Hahn. d. t. Brunnem. Exerc. 12. ad Inst. pr. Tit. de *Inoff.* test. n. 3. Hopp. ad d. pr. p. m. 429. fin. & 430. Hinc nihilominus hoc pertinet quæstio: An *Clausula Codicillaris* Testamentum in *Codicillum* convertat, seu: in vim fideicommissi, justineat, eo casu, què frater preteritus, & ejus loco, turpis persona instituta est? Circa quam decidendam non convenient Dd.*

Neg. Carpz. *decis.* 155. n. 15. seqq. Affirmat Struv. *S. I. C.*  
*Exerc.* 34. *tb.* 65. n. 4. Id. *Jurispr.* L. 2. Tit. 28. *aphor.* 4. *in fin.* &  
 quidem cum restrictione: *Modò illa turpis Persona non sit planè  
 inhabilis, ita, ut nec fideicommissum capere possit.* vid. *Stryk. ad  
 Lauerb. Tit. de Jure Codicillor. notā: viriosum p. m. 783.* Ratio  
 illius restrictionis est: *Quia Clausula Codicillaris, ut vim si-  
 deicommissi exercere possit, prærequisit & præsupponit Fideicom-  
 missarium habilem, cum quō alias Testamenti factio passiva est.*  
*§. 4. Inst. de hered. qual. & different.* Ratio autem illius *Affir-  
 mative decisionis,* in se spectata, potest esse hæc: *Quia, si di-  
 eta Clausula, intuitu Liberorum & Parentum, iniquè exher-  
 datorum, aut præteriorum, vires habet; sine dubio etiam  
 easdem, intuitu fratrum, effundere poterit.* Confer *Ludovici  
 Doctrin. Pandect. d. 1. §. 5 p.* Adde *Schäppfer. d. 1. p. m. 577. n. 30.*

§. 8. In summâ: *Quod Clausula Codicillaris toties,  
 quoties ea Testamento invalido subnexa, aliquem Effectum  
 habet, illud ipsum in Codicillos convertat, exinde patet:* 1) *Quia eadem, secundum ipsiusmet tenorem, pro fine non  
 habet: ut Testamentum invalidum sustineat, quatenus Testa-  
 mentum. seu: quò Testamentum, per eam, maneat Testamen-  
 tum; Sed: ut, eō casu, quò illud ipsum, tanquam Testamen-  
 tum valere, & tale manere requirit, idem, tanquam Codicillus,  
 valeat, & ita Codicillus fiat.* 2) *Quia: si, per eam, Testamen-  
 tum perfstaret, tanquam Testamentum, integra ex eodem,  
 hereditas, vi illius, competenter scripto heredi. rale quid au-  
 tem, in casu, quò testamentum non per se, sed, vi Clausula  
 Codicillaris, tanquam Codicillus, subsistit, non fieri, ad nau-  
 seam usque jam, in prædictis, inculcatum est; præfertim in  
 §. 1. ad Tb. II. lit. (f) Quò casu ergò testamentum, per se non  
 subsistens, seu invalidum, vi Clausula Codicillaris, tanquam  
 Codicillus, subsistit, eo sane casu non amplius adest testamen-  
 tum; Ubi non adest testamentum, ibi non est Successio ex  
 testamento; Ubi hæc non est, ibi est Successio ab intestato.  
 Clausula itaque Codicillaris etiam invalido non proficit te-  
 stamento, ut testamento.*

§. 9.

Clausula Codicillaris etiam invalido non proficit testamento, ut testamento.

§. 9. Et hoc jam agnoverunt, nobiscum sentientes, uno plures Jcti. Praterquam enim: quod hoc ipsum Brunne-mann. ad l. 10. ff. de Jure Codicill. in verbis supra sublit. (c) §. 1 ad Tb. II. allegatis: non quidem eo modo, quo in Testamento dispositum est-  
sed ut ea relata debeat jure fideicommissi. &c. & Struv. Exerc. X.  
ib. 36. in verbis pariter antea, scil. prec. §. 7. cuius Theseos, ad-  
ductis: *Vi namque illius Clauſula non succedit ex Testamento sed*  
*Filius est heres ab intestato &c.* satis clare innuerunt; idem ma-  
gis diserte exprefſe sequentes Antecessores. Nimirum i.)  
Strykius Sen. in Tractatu suo de S. A. I. Dissert. 1. cap. 1. §.  
22. p. 14. & 15. ubi talia profert:

„Non difficult exinde decisio erit, qualiter succedatur illi, qui  
decedit quidem condito Testamento, sed quod, ob defectura aliquem  
sustineri alter non potest, nisi vi Clauſula Codicillaris adiecta?  
„Quamvis enim tanta huic Clauſula tribuatur efficacia, ut omnia Te-  
stamenti vitia, que, ex inhabilitate persone testantis, & ex de-  
fectu voluntatis, non oriuntur, sanet, modo requisita Codicilli in  
inteli Testamento adfuerint; adeo, ut & preteritionis, & inique-  
exhereditationis impedimentum, per Clauſulam illam, ex veritate  
sententia tollatur. Fab. Turret. de Effecto Clauſ. Codicill. Qu.  
„25. n. fin. Fernand. Vasqu. de Success. creat. L. 2. §. 20. n.  
„251. Itce differentias Carpzor. P. 3. Conf. 9. def. 12. Attamen  
„nibilominus & hoc casu ab intestato succeditur: Quippe verissimum  
„puto, quamvis ταχεότερον videatur: Clauſulam Codicillarem pla-  
„ne nullum, imò ne minima quidem solennitatis defectum, sanare  
„Quippe: quo casu, vi illius Clauſula, Testamentum sustinetur,  
„hoc tale esse definit, & in Codicillum degenerat, hoc effectu, ut  
„heredes ab intestato rogati conseantur, scripis hereditibus, derrasta  
„portione sibi debita, quod reliquum est, restituere; vid. Ant. Faber.  
„Cod. Lib. 6. Tit. 16. def. 10. n. 5. Barry, de Success. Lib. 10.  
„Tit. 16. n. 1.

Idem, in Annotat. ad Lauterbach. Tit. de Jure Codicillor. d. nota, vi-  
tiosum, p. m. 782. & 783, quando sequentia tradit:

„Communiter dicunt: Clauſulam hanc sanare omnia vitia Te-  
stamenti, sive interna, sive externa, & si Testamentum non solen-  
tiosum,

„ne; injustum, ruptum, destitutum, illud, in quo quis heres ad certum  
 „tempus institutus est; solo vitio inhabilitatis, in ipso testatore, ex-  
 „cepto. Sed ego dicere soleo: Clausula Codicillaris ne minimum Te-  
 „stamenti vitium sanat, reducit enim testamentum ad causam in-  
 „testati, & ita heres ab intestato rogatus censetur, ut, derat &  
 „Trebellianicā, reliquum restituat illis, qui in Testamento scripti  
 „sunt heredes, & sic quoque, si filius præterius, vel iniuste exheredatus  
 „sit, bac Clausula effectum habet; idem enim est, ac si dixisset Testa-  
 „tor: Rogo filium meum exheredatum, ut portionem sibi debitam ca-  
 „piat, & reliqua restituar heredi scripto; si itaque, vi bujus Clausu-  
 „le, non censetur exheredatus, vel preteritus. Aique sic propriè Testa-  
 „mentum non sustinetur, sed res redigitur ad causam intestati; Quodsi  
 „enim, ut Testamentum, valere, integrum hereditatem, absque illa  
 „diminutione, sive detractione, heredes scripti caperent; quod tamen  
 „hoc incasu non fieri, modò dictum fuit. &c.

Hunc sequuntur 2) Berger. in Oeconom. Juris, Lib. I. Tit. 4. S. 36.  
 p. 443. ita dicens:

„Ex quo consequitur: 2) Clausulam Codicillarem minus recte  
 „vulgò dici, sanare vitia testamenti: quum testamentum omnino esse  
 „definat, & degeneret in Codicillum.

3) Schœpffer. c. l. p. m. 575. n. 15. & 16. ibi:

„Effectus bujus Clausula est: quod testamentum convertat in  
 „Codicilos, si valere non possit tanquam testamentum aliquod solen-  
 „ne, adeoque eventialis ejus est effectus, si scilicet, tanquam solenne,  
 „non possit subsistere. &c.

§. 10. Enarrata atque illustrata hucusque à nobis sunt  
 illa testamenta invalida, in quibus Clausula Codicillaris hunc  
 tantummodo Effectum, & vim, habet: ut Testamentum transformet in  
 Codicillum, & hoc modò, Successionem testamentariam in  
 Successionem ab intestato. Jam itaque, du&tu §. 1. Theseos  
 III. recensenda veniunt illa testamenta invalida, in quibus mo-  
 dò dicta Clausula planè nullum effectum habet. Eaque spectan-  
 tur, ut invalida,

I. Ge-

1. Generatim; dum docetur: quod extraneus heres, qui ex iis egit, & succubuit, deinceps ex Codicillari Clausula experiri non possit.
2. Speciatim; quatenus nimirum illa sunt invalida, ob dese. Quid, ratione
1. *Subjecti*
1. Activi, scil. testatoris; & quidem vel propter defectum
1. *Habilitatis.*  
2. *Voluntatis.*
2. Passivi, scil. heredis, aut ejus, cui aliquid relinquitur,
2. *Forme;* quando scilicet nec *requisita Codicilli* adiunguntur.

Dicamus ergo: I) *Clausula Codicillaris nullum plane effectum habet in illo testamento invalido, ex quo extraneus heres egit, & succubuit.* Nimirum: si testamentum Clausulam Codicillarem annexam habet, in arbitrio scripti heredis est: utrum *Jure directo* hereditatem *ex Testamento*, an vero eandem, *virtute Clausula Codicillaris*, ab herede legitimo, *tanquam fideicommissum*, petere, & ita dodrantem, seu novem uncias, (quarta trebellianica, seu quadrante, tres uncias continente, apud heredem remanentes) accipere velit? Cautus ergo, hanc in parte, esse debet scriptus heres *extraneus*; unam enim via electa, ad alteram redire non potest, & electione unius, alterius aditum sibi preclusum, i. e. si semel ex testamento egit, & succubuit, postea ex Clausula Codicillari agere non potest. L. fin. pr. Cod. de Codicill. Modo Reus statim litem fuerit contestatus; Nam, litem nondum contestata, res adhuc est integra, ut Actor, seu scriptus heres, dimissam hereditatis petitione testamentaria, fideicommissariam instituere queat; Prout etiam heredes testatoris legitimis, nimirum liberi, Parentes, & ceteri, usque ad quartum agnationis, vel tertium Cognationis, gradum, si scripti fuerint in tali testamento, Clausula Codicillari praedito, adhuc variare, & aliam viam eligere possunt: d. l. fin. §. si vero. Ratio diversitatis est: quod extranei ad aliena, hi ad propria quodam

D

dam

diammodo, & propinquu sanguinis Jure debita, sibi bona, vocentur. Ratio vero denegatæ, hoc in passu, alternationis, respectu heredis extranei, est: Quia, lite cum Reo, super hereditatis petitione testamentaria, femei contestata, Actor predictæ Clausula renunciæ intelligitur sit. l. ult. Et secundum rigorem d. l. pr. à Fac. Vitembergenſi, ad interrogatiōnem Bernhard Wagneri M. Novembr. 1692. responsum esse, refert Berger, in Oeconomia Iuriſ. Lib. 2. Tit. 4. §. 36. nota: 6. p. m. 443. & in Resolut. LL. Obſtant. in Lauterb. pag. 631. in quo ultimo loco ſubjicit: Quamvis cum Brunnemannio, ad d. L. ult. n. 2. Simplicitatem Legibus annicam merito defideres, quum renunciatio juris facile non preſumatur, neque ex alia cauſa perenit obſerū exceptio rei judicate, L. 14. pr. ff. de Except. rei judic. Adde Schambogen, ad §. fin. Inſt. de Codic. p. m. 516.

II) Clausula Codicillaris nullum planè effectum habet in illo Testamento, quod invalidum eſt, ratione testatoris; & quidem vel propter defectum debitæ Habitabilitatis, vel propter defectum Voluntatis ejus. Videlicet illa Clausula plane nullam vim habet, a) quando testator tam ad testandum, quam codicillandum, planè inhabilis, & v. g. servus, §. 5. Inſt. quib. non eſt permitt. fac. ref. & l. 16. ff. qui teſtam fac. poſſ. impubes, §. 1. Inſt. d. t. filius familiæ, eſt. pr. Inſt. d. tit. &c. Carpz. P. 3. Conſt. 4. def. 29. & huc pertinet testamentum ratione testatoris irritum, de quô vid. §. 4. Inſt. quib. mod. test. infirm. ibique Hopp. p. 425. 201. capite diminutus. Confer. Struv. S. I. C. Exerc. 34. tb. 66. Idem, Juriſpr. Lib. 2. tit. 28. apb. 5. Stryk. cauſ. Teſtam. c. 23. §. 42. ſeqq. b) Quando Voluntas testatoris eſt obſcura, dubia, & imperfæcta. L. II. §. 1. ff. de leg. 3. Carpz. L. 6. Rep. 7. n. 11. veluti, cum coptæ eſt, atnon consummata, Voluntatis declaratio., l. 25. & 29. pr. ff. l. 9. C. qui teſtam fac. poſſ. aut præparatum faltim testamenti exemplum. d. l. n. vid. Mollenbec. ex Mencken, ad Lauterb. Tit. de Jure Codicilli. p. m. 1170. b. conf. Berger. Oeconom. Jur. Lib. 2. Tit. 4. §. 36. not. 2. p. m. 443. & 444. Conf. Struv. S. I. C. d. Exerc. & tb. Idem, Juriſpr. d. Lib. Tit. & apb.

*apb.* Quà de causâ etiam testamentum Judici oblatum à personâ, quæ legere non potest, non sustinetur, si à Judice non fuerit prælectum. Carpz. *Decis.* 149. n. 4. *seqq.* cum incertum ac dubium sit: an hæc Scriptura voluntatem genuinam testatoris contineat? vid. Schieppf. *Synops. Jur. Priv.* Tit. de *Jur. Codicillor.* n. 29. p. m. 577.

III) *Clausula Codicillaris nullam plane vim exerere potest, si adjecta fuerit tali Testamento, quod invalidum est propter incapacitatem Heredis, aut ejus, cuius intuitu aliquid disponitur, v.g. si ei, qui nec fideicomissum capere potest, aliquid sit relictum.* Turret. d. Tr. Qu. 27. vid. Struv. S. I. C. d. Exerc. 34. ib. 66. & Exerc. 35. ib. 4. Id. *Jurispr. d. Lib. Tit. & apb.* adde Ludovici *Doctrin. Rand.* Tit. de *Jure Codicill.* §. 8. p. m. 529.

IV) *Clausula Codicillaris planè nihil operetur, si ea tali subjuncta fuerit Testamento, quod nequidem Codicilli substantialibus gaudet.* arg. l. 17. ff. de jur. *Codicill.* l. ult. §. fin. C. de *Codicill.* v. g. si tantum tres testes adhibiti; turret. d. Tr. qu. 103. Struv. S. I. C. Exerc. 34. ib. 66. Id. *Jurispr. Lib. 2. T. 28. apb. s.* Ludovici, d. l. Molkenbec. ex *Stryk. d. l.*

#### Th. IV.

Positive jam investigata & ostensâ Thematis nostri Veritate, eandem nunc, postulante illa, quam supra Th. II. indicavimus, methodo, etiam polemice, dubia movendo & decidendo, indagabimus. Valde tamen & consultò parci erimus, in formandis & diuinendis antirthesibus, ut publico conflictui aliquid discutiendum & dirimendum resideat & superfit.

S. 1. Dicis, adversus integrum Disputationem: *Superflua non nocent: ergo etiam Codicillaris Clausula, si, respectu Testamenti, quatenus est testamentum, superflua est, non nocebit testamento.* Respondemus: Superflua quidem non nocent, sed tamen inde non sequitur: quod, ad conservandam rei substantiam, etiam profint, cum superflua sint accidentale quid,

quid. Imò, quando superflua rei naturam immutant, pro-  
ut Codicillaris Clausula ex testamento Codicillum facit, u-  
tique eadem etiam nocent.

S. 2. Objicis tpho 6to Theseos præcedentis III. Quod  
hodie, secundum multorum, & sere communem, opinionem, post  
Novellam 1. ejusq. Cap. 1. non amplius datur testamentum Deſtitu-  
tum, cum ibi, si unus implere nolit voluntatem testatoris, alii  
succesſivo ordine vocentur, vid. Stryk. ad Lauerb. tit. de iuſt. ript.  
irrito &c. nota: ſecunda eſt. p. m. 251. Sed Resp. Nonne illi ſucceſ-  
ſivo ordine vocati, ſi non ſint in testamento ſimil scripti,  
ſunt heredes à lege vocati, ſeu legitimi, i. e. ab intestato  
tales? Nonne igitur ita testamentum, heredibus, in eo scriptis,  
deſtitutum, manet deſtitutum, non obſtantē d. Novella,  
heredes ab intestato in ſubſidium vocante.

3. Obvertis tpho 8vo. Theseos præcedentis III. Quod con-  
ſequentiae, ſu connexio, non iſtit hinc Argumento: Ubi non eſt Suc-  
cessio ex Testamento, ibi eſt Successio ab intestato; cum de-  
tur tertium, nimirum caſus, quo quis, e. g. filius familiæ, decedens,  
& bona caſtrenſia, vel quaſi-talia, non habens, nec teſtato, nec in teſta-  
to decedit; Resp. Aliud eſt: decedere, aliud: ſuccedere. Poteſt aliquis  
e. g. Filius familiæ, ita decedere, ut ei neque ex teſtamento,  
neque ab in teſtato, ſuccedatur, quando ſeit, neque caſtren-  
ſia, neque quaſi-talia, bona poſſider; ſed tunc ei plane  
non ſucceditur, nec ſucceſſio poterit. Ubi ergo plane nulla ad-  
eſt Successio, ibi non datur tercia species ſucceſſionis, inter ſucceſſionem  
ex teſtamento, &: ab in teſtato. Uno verbo: Posita  
ſucceſſione aliquā, ſemper ponitur Successio aut ex teſtamento, aut  
ab in teſtato. conf. Stryk. de S. A. I. Difſert. I. cap. 1. §. 23. p. m. 15.

QVæ non bene DifſInCta, haVD sVnt bene DoCta.

QVam diu SIEBOLD mersit Coronam,

Nunc Ei tradit merito Minerba;

Hac, precor, cani niteat Sereno

Neforis tpo!

paVCIs hIſCe faVtori ſVo honoranDo gratVLarI VoLVI:

Ioannes fRIDerICVs ChrlſtophorVs agriCoLa, notariIVs IVratVs.





Erfurt, Diss., 1717



3


f

TA → OL

nur 2 u. 4 bisher verknüpft







DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**CLAUSULA**  
**CODICILLARI**  
**TESTAMENTO NUN-**  
**QVAM PROFICUA;**

QVAM,  
CONSENSU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,  
IN CELEBRI GERANA,  
PRÆSIDE  
**JOANNE PHILIPPO SIEBERI**  
PHIL. ET J. U. D.  
SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, INSTITUTIONUM IMPERIALIUM  
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, SENATORE, REGIMINIS, JU-  
DICIQVE ELECTORALIS ADVOCATO, ET P. L. C.

PRO LICENTIA,  
SUMMOS, IN UTROQVE JURE, HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME  
CAPESSENDI,  
DIE XIIX. SEPTEMBRIS, MDCCXVII,  
LOCO AC TEMPORE CONSVETIS,  
PUBLICÆ DISQVISITIONI  
SUBMITTET  
**JUSTUS FRIDERICUS SIEBOLD,**  
FRANCOHUSANUS.

ERFORDIAE, LITERIS JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. TYROCK.